

Tertius phisicorum

esse & corrumpitur primo in eodem tempore a. b. & p. s. in parte & sic patet p̄na. impossibilem vero consequentis ostendo multipliciter. Primo quia si aliquid subiecto simul & eodem tempore primo acquiratur aliqua forma verbi gratia albedo & perdatur aliqua scilicet dulcedo simul primo erit in eo acquisita albedo & perdita dulcedo & eodem instanti primo erit albedo & non erit dulcedo ergo si eadem essetia motus acquiratur sicut aliquo deperditur eodem instanti. I. erit p̄fecte acquisita & deperditur eodem instanti erit p̄fecta eius generatio & corruptio & erit & non erit. Confirmatur quia omne quod est genitum quod est. I. genitum est & omne quod est corruptum quod est. I. corruptum non est sicut vltimo omne quod est mutatum quando est. I. mutatum est in eo ad quod est mutatum. Si ad esse est in esse: si ad non esse in non esse: & sic in omni generatione mutationis ut patet ex. 6. phi. Si igitur motus est primo genitus & corruptus eodem instanti est & non est.

Tertio arguitur ad idem impossibile est idem mobile eodem tempore primo acquirere unum locum & perdere eundem vel unam formam & perdere illam vel augmentari secundum aliquam quantitatem & secundum eandem diminui nec aliquis mente capere potest horum aliquod esse possibile ergo eadem ratione impossibile est idem eandem essentiam quecumque sit illa eodem tempore primo acquirere & perdere. Item philosophus. 8. phi. & comen. idem per manifesto sumunt esse impossibile simul esse generationem & corruptionem eiusdem imo nec esse posse unam post aliam sine tempore medio. Item philosophus & comen. 5. phi. sic fundant unam rationem super hoc quod nichil corrumpitur dum generatur tanquam super manifesto fundamento ad probandum quod motus non generatur. Item impossibile est idem quacumque virtute simul in eodem instanti vel eodem tempore primo causari & annihilari hoc nullus negaret ergo ex eadem causa impossibile est idem simul generari & corrumpi & semper intelligo quod non solum totum categorice ut sic & quelibet eius pars in eodem tempore generetur & corrumpatur.

Quarto arguitur sic. Si motus sit talis res sequitur quod res que movetur vel simul habet infinitos motus equales secundum durationem vel quod ante motum quem habet successive habuit infinitos quorum quilibet fuit tantus secundum durationem quantum est ille quem habet. Consequens quantum ad utramque partem est falsum. Probo consequentiam. Omne enim quod in se habet actu aliquam entitatem quam antea habuit tamen in potentia est in quantum huiusmodi mutatum ad ipsam: hoc patet tum quia secundum ipsam se habet aliter quam prius ac per hoc est mutatum. Tum quia si non esset mutatum sicut prius carebat illa entitate nec eam habebat in actu sed tamen in potentia etiam nunc eam non habere in actu. Tum quia omne quod prius fuit sub uno opposito & nunc est sub alio est mutatum ex uno in aliud hoc enim sonat nomen mutationis ut dicitur. 5. phi. sed omne quod habet aliquam entitatem actu quam ante non habuit actu est huiusmodi ut patet. Omnis autem res que movetur secundum opinionem habet essentiam motus quam antequam moveretur non habuit igitur est mutata ad ipsam aut igitur res que movetur prius habuit mutationem seu motum illum quo est mutata ad motum dato quod haberet illum aut simul si prius cum etiam motum secundo datum habuerit aliquem cum ante non habuit igitur prius fuit mutata ad illum habuit priorem & sic in infinitum si vero sicut cum motu quam habet est motum quo mutatur ad ipsam alium & sic in infinitum sequitur quod simul habeat motus infinitos.

Quod autem omnes illi motus sint equales secundum durationem siue ponantur sibi siue sibi succedentes patet quoniam semper in equali tempore datur motus & acquiritur res illa ad quam est motus secundum opinionem istam unde eisdem seu equalibus divisionibus dividuntur alioquin vel aliqua pars rei acquireretur sine motu ut potest si in minori tempore fieret motus quam acquireretur res aut si esset contra aliquem moveretur mobile & non acquireretur aliquid per motum illum. Nec deperderetur: quia omnia non suntabilia secundum viam illam. Falsitas patet quantum ad primam partem ex. 5. phi. & probatur ratione quia alias sequeretur quod impossibile esset aliquid moveri postquam non movebatur quod sensui contradicit per consequentiam quia impossibile esset aliquo motu quantum ad functionem suo moveri nisi prius fuisset motum motu illi equali & sic in infinitum & per prius inter tempora quietis & tempus motus succederent sibi in fine presens tempus eiusdem quantitatis quod est impossibile. Falsitas est secunde partis patet quia non apparet necessitas nec congruitas sed potius impossibilitas per naturalem virtutem quod idem agens causet in eodem mobili simul motus infinitos equales igitur. &c.

Quinto autem. Si motus sit talis res distincta sequitur quod mobile sicut acquirat duas res distinctas scilicet ipsum motum & rem permanentem secundum quam est motus quarum neutra est intrinseca alteri igitur per potentiam divinam possibile erit quod acquirat unam sine altera videlicet rem illam permanentem sibi gratia loci vel qualitatem non acquirendo seu non habendo rem illam successive ex quo sequitur quod poterit successive continue esse in alio & alio loco per prius moveri de loco ad locum sine alia re & sic moveri sine motu secundum viam illam quod reputant impossibile & secundum veritatem sequitur quod frustra ponitur talis alia res cum ad eam ponendam non cogat ratio nec evidentia aliqua aut est auctoritas quam negare non liceat. Si militet contra possibile erit quod acquirat motum non acquirendo rem permanentem verbi gratia ascensum non acquirendo locum vel denigrationem non acquirendo nigredinem & per consequens aliquid poterit ascendere non mutando locum villo modo scilicet acquirendo vel deperdendo & aliquid albidum denigrari non acquirendo nec albedinem villo modo deperdendo & non solum hoc sed etiam sequitur quod aliquid poterit perpetuo ascendere ascensu eque veloci sicut est ascensus sagitte tacte in sursum & tamen nunquam plus distabit a terra quam modo ponatur quod modo quiescat & minus est absurdum. Patet consequentia quia ut probatum est possibile erit quod totum ascensum quo mobile ascenderet usque ad certam distantiam posset deus causare in eo esto quod locum non mutaret hoc autem posito adhuc ipsum posset ascendere ad distantiam illam mutando locum vel igitur mediante alio motu & tunc eadem ratione illum motum posset in tempore consequente tempus primi tam causati causare esto quod non acquireret alium locum & simili ratione infinitos tales successive.

Si vero diceretur quod primo causato pervenire ad distantiam illam sine motu haberetur propositum quia eadem ratione frustra ponitur unquam talis motus. Eodem modo aliquid album posset perpetuo motu unquam miter denigrari & nunquam esset nigrum aut minus album. Et confirmatur etiam quia secundum oppositum motus quoddammodo est prior forma que ipso mediante acquiritur unde ipse secundum eos est quasi via & ratio vel medium acquirendi formam